

et propter peccata patrum suorum et sua affligetur donec confiteantur iniquitates suas et maiorum suorum quibus preuaricati sunt in me et ambulauerunt et aduerso mihi. Ambulabo igitur et ego contra eos et inducam illos in terram hostilem donec erubescat in carnis mens eorum. Tunc orabunt pro impietatibus suis et recordabor federtatis meae quod pepigi cum iacob et ysaac et abraam. Terre quoque memor ero: que cum relicta fuerit ab eis complacebit sibi in sabbatis suis: patiens solitudinem propter illos. Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis: eo quod abiecerint iudicia mea et leges meas despexerint. Terram enim cum essent in terra hostili non penitent abieci eos: neque sic desperi ut consumerent et irritum facerent pacium meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum et recordabor federtatis meae pristinae: quando eduxi eos de terra egypti in conspectu gentium ut essem deus eorum. Ego dominus deus. Haec sunt iudicia atque precepta et leges quas dedit dominus inter se et inter filios israel in monte sinai per manum moysi.

LXXVII
Uocatusque est dominus ad moysen dicens: Loquere filiis israel et dices ad eos: Homo qui uotum fecerit et spondiderit deo animam suam: sub estimatione dabit precium. Si fuerit masculus a uicesimo anno usque ad sexagesimum annum dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarum. Si mulier triginta. A quinto autem anno usque ad uicesimum masculus dabit viginti siclos: femina decem. Ab uno mense usque ad annum quintum pro masculo dabunt quinquaginta siclos: pro femina tres. Sexagenarius et ultra masculus dabit quindecim siclos: femina decem. Si pauper fuerit et estimatio non reddere non ualebit: stabit coram facere uote et quantum ille estimauerit reddiderit eum possederet tantum dabit. Nihil autem quod immolari potest domino si quis uouerit sanctum erit et mutari non poterit: nec me

lius malo nec peius bono. Quod si mutauerit et ipsius quod mutatum est et illud pro quo mutatum est consecratum erit domino. Nihil in mundum quod immolari domino non potest si quis uouerit adducet ante sacerdotem qui diiudicans uerum bonum an malum sit ita uerit precium. Quod si dare uoluerit is qui offert addet super estimationem quintam partem. Homo si uouerit domum suam et sanctificauerit domino: considerabit eam sacerdos uerum bona an mala sit et iuxta precium quod ab eo fuerit constitutum uendabit. Si uero autem ille qui uouerit uoluerit redimere eam dabit quintam partem estimationis super et habebit domum. Quod si agrum possessionis sue uouerit et profecauerit domino iuxta mensuram seminis estimabit precium. Si triginta modis hordei sex terra quinqueginta siclis uendat argenti. Si fructum ab anno incipientis iubilaei uouerit agrum: quanto ualere potest tanto estimabit. Si uero autem post aliquantulum temporis superputabit sacerdos pecuniam iuxta annum qui reliqui sunt numerum usque ad iubileum et terrabuntur pro precio. Quod si uoluerit redimere agrum ille qui uouerit addet quintam partem estimationis pecunie et possidebit eam. Si uero autem noluerit redimere sed alteri cui liber fuerit uendatus ultra eum qui uouerit redimere non poterit quia cum iubilaei uenerit dies sanctificatus erit domino et possiditio consecrata ad ius patris sacerdotum. Si ager emprus est et non de possessione maiorum sanctificatus fuerit domino superputabit sacerdos iuxta annum numerum usque ad iubileum precium et dabit ille qui uouerit eum domino. In iubilaeo autem et uerit ad priorem dominum qui uendiderat eum et habuerat in sorte possessionis sue. Quis estimatio siclo sanctuarum ponderabitur. Si decem viginti obolos habet. Primogenita quae ad deum pertinent nemo sanctificat: uocet et uouerit. Si uero bos siue ovis fuerit: domini sunt. Quod si immundum est animal redimet qui obrulit iuxta estimationem